

SESSION 2013

---

AGRÉGATION  
CONCOURS EXTERNE

Section : GRAMMAIRE

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

---

*Les dictionnaires latin-français Bornecque, Gaffiot, Goelzer et Quicherat sont autorisés.*

*L'usage de tout ouvrage de référence, de tout autre dictionnaire et de tout matériel électronique (y compris la calculatrice) est rigoureusement interdit.*

*Dans le cas où un(e) candidat(e) repère ce qui lui semble être une erreur d'énoncé, il (elle) le signale très lisiblement sur sa copie, propose la correction et poursuit l'épreuve en conséquence.*

*De même, si cela vous conduit à formuler une ou plusieurs hypothèses, il vous est demandé de la (ou les) mentionner explicitement.*

**NB :** *La copie que vous rendrez ne devra, conformément au principe d'anonymat, comporter aucun signe distinctif, tel que nom, signature, origine, etc. Si le travail qui vous est demandé comporte notamment la rédaction d'un projet ou d'une note, vous devrez impérativement vous abstenir de signer ou de l'identifier.*

Tournez la page S.V.P.



*Cicéron sollicite de Caton son appui pour l'obtention du triomphe*

Nunc uelim sic tibi persuadeas, si de iis rebus<sup>1</sup> ad senatum relatum sit, me existimatum summam mihi laudem tributam, si tu honorem meum sententia tua comprobaris, idque, etsi talibus de rebus grauissimos homines et rogare solere et rogari scio, tamen admonendum potius te a me quam rogandum puto. Tu es enim is qui me tuis sententiis saepissime ornasti, qui oratione, qui praedicatione, qui summis laudibus in senatu, in contionibus ad caelum extulisti. Cuius ego semper tanta esse uerborum pondera putauit, ut uno uerbo tuo cum mea laude coniuncto omnia adsequi me arbitrarer. Te denique memini, cum cuidam clarissimo atque optimo uiro<sup>2</sup> supplicationem non decerneres, dicere te decreturum, si referretur ob eas res quas is consul in urbe gessisset ; tu idem mihi supplicationem decreuisti togato, non, ut multis, re publica bene gesta, sed, ut nemini, re publica conseruata. Mitto quod inuidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates et subieris et multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris ; quod denique inimicum meum tuum inimicum putaris, cuius etiam interitum, cum facile intellegerem mihi quantum tribueres, Milonis causa in senatu defendenda approbaris [ ... ].

Quaeres fortasse quid sit quod ego hoc nescio quid gratulationis et honoris a senatu tanti aestimem. Agam iam tecum familiariter, ut est et studiis et officiis nostris mutuis et summa amicitia dignum et necessitudine etiam paterna. Si quisquam fuit unquam remotus et natura et magis etiam, ut mihi quidem sentire uideor, ratione atque doctrina ab inani laude et sermonibus uulgi, ego profecto is sum. Testis est consulatus meus, in quo sicut in reliqua uita fateor ea me studiose secutum ex quibus uera gloria nasci posset, ipsam quidem gloriam per se numquam putauit expetendam. Itaque et prouinciam ornatam et spem non dubiam triumphi neglexi, sacerdotium denique, cum, quem ad modum te existimare arbitror, non difficillime consequi possem, non appetiui ; idem post iniuriam acceptam, quam tu rei publicae calamitatem semper appellas, meam non modo non calamitatem sed etiam gloriam, studui quam ornatissima senatus populique Romani de me iudicia intercedere. Itaque et augur postea fieri uolui, quod antea neglexeram, et eum honorem, qui a senatu tribui rebus bellicis solet, neglectum a me olim nunc mihi expetendum puto.

Cicéron

1. Il s'agit du siège de Pindenissus, en Cilicie.

2. Lentulus Spinther fut, comme Cicéron, gouverneur proconsulaire de Cilicie.